



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De multis casibus specialibus hic disputatur an sint vsurarij, & an liceat
mutuare cum pacto, si mutuarius intra determinatum tempus moriatur,
vel pecuniam in pretio minuenda aut ba[n]niendam, vel ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

& contra Glof. super caput eoqueftus, primam tenet opinionem, & viam, quam ait magis esse consonam iuri, quia licet contractus non est ipso iure nullus, sed tantum venit rescindendus, poterit tanquam de re sua, retinere integrè perceptos fructus, dum soluat, quod defuit ad iustū pretium, & interesse inde cessans, nec tenebitur partem fructus pro rata defectus pretij si hoc faciat restituere. Secus de contractibus, & censibus nullis ipso facto.

(De multis casibus specialibus hic disputatur an sint usurarij, & an liceat mutuare cum pacto, si mutuatarius intra determinatum tempus moriatur, vel pecuniam in pretio minuendā aut huiusmodi, vel pecuniam sub usuris acceptam, cum eodē onere, vel an liceat magistris nauium recipere mutuum sub usuris, ut anticipatè soluant nauis, vel an teneatur mutuator restituere fructus, quos ex possessione mutuatarius non collegisset.)

C A P. LXXVIII.

A Nequam ad finem huius materiae usurarum accedamus, quaedam dubia minutiora veniunt à nobis hic digerenda, & declaranda, atque primo de illo casu intelligendum venit, utrum si quis vendens possessionē nō habenti pecuniam vnde eam soluat, sic pacisci possit cum illo, en accipe possessionē quam tibi vendo, verumtamen, quia cares pecunia, qua possis esse soluendo, dabis mihi quinque pro ceterum interim, dum pretium eius mihi non solueris. *Artil.* hunc contractum approbat, maximè si sit in usu, quia hoc inquit non est usura, sed id quod accipit ultra sortem, non recipit ratione mutui: sed ratione interesse quod patitur ex mora soluendi. At dico hoc vix potest iustificari quando ipse se venditor vltro obtulit ad hanc conditionem, quia tunc ratione dilationis pretij, quod mutuum virtuale est censetur quinque pro centum petere, sicut usurarius esset creditor qui vltro, & volens se offerret ad differendam post terminū, solutionem pro aliquo interesse lucri cessantis, etiam si de facto ei cessaret, nisi simul cum hoc, quod de facto cessaret lucrum, concurrerent conditiones supra posita iustificantes in hoc casu acceptionem alicuius dati pro lucro cessante, inter quas, vna conditio fuit, quod motus magis principa-

Q. I.

*a Artil.
verbo, vsu
ra. §. 15.*

H 3 liter

liter ex caritate, & rogatu proximi indigentis faciat, nisi ex propria utilitate. Sed forte talis contractus posset verificari aliquo modo in casu, quo in potestate venditoris iam non remaneret tale pretium usquam repetere, cum tunc cum ista conditione, talis contractus videtur redditus aliquo modo ad contractum census, quem pontificus non damnarunt, sed quia in eo non obseruantur eadem conditiones, quas Pius 5. in extrauaganti de creatis censibus indixit, ideo via census non videtur iste contractus per talem extrauagantem tolerandus.

Q5. 2. ¶ Ad hæc, quia omnes casus particulares propo-
sunt, discutere non possumus, præter principia commu-
nia præiacta, oportet aliquos hic in particulari propo-
suisse casus, ut ex eis antequam à simili argumentando,
reliquos possit lector discernere. Ideò queritur an licet
possit aliquis mutuare aliquid cum pacto, ut si muta-
tarius intra certum tempus moriatur, liber euadat, si
autem uiuat reddat duplum? Et videtur, quod licet, cum
videtur quoddam genus vadiationis, & depositionis, ubi
se committunt fortunæ. Nihilominus tamen responde-
dum ducimus primo, quod certe contractus est vici-
arius, quia ex mutuo lucratur illam obligationem solu-
endi duplum, quamuis dubiam, ita Syluester, ^b & Nauarrus

^b Syluest. Secus est si donet gratis absque fraude, quo donatus
verbo, v. s. usque ad tale tempus vixerit. duplum gratis reddat, quia
ra. 1. q. 36. tunc nullum ibi mutuum interuenit, sed est contractus
^c Nauar. innominatus, scilicet do ut mihi des. ^d ¶ Sed dico licet
Sum. l. ar. sic sine fraude factus contractus tolerari posset per mo-
e. 17. num. dum contractus innominati sed suboleret fraudem, si est
272. quod faceret ratione mutui.

^d l. natu- ¶ Secundo dicimus cum Syluestro, ^e quod ille contra-
ratu. ff. de ctus cum communitate, in aliquibus regionibus soluta
pres. verbo iniri, ut qui habet filiam matrimonio locatam, commu-
rum. nitati 70. aureos impendat ea lege, ut si filia nuptur
e Syluest. sibi à communitate pro dote soluantur, si autem ante
v. ura. 2. q. 37. contra annos talis puella obierit, aurei 70. dati vendicentur com-
Tabien. v. munitati illicitus est contractus.

^f Tabien. v. s. 15. d. ¶ Et ad argumentum, quod in contra cōfingitur, scilicet
vlt. quod ex mente Ricardi, quando capitale, & luarum stat
per. ca. 1

periculo mutuantis, licite aliquid recipit extra sortē: ergo etiam in hoc contractu, ubi pater puellæ sortis subit periculum, si puella ante 25. annos moriatur, poterit ferre hereditatem illud, si supervixerit, in promptu est solutio, quia illa maxima Ricardi intelligitur, quando periculum ex natura rei confurgit, non autē si ex lapsu temporis, ut est in proposito, ubi periculum stat in hoc, quod 25. annos egressa fuerit, vel antea obierit. Patet quē, quod talis contractus usurarius sit, quia in mutuis interpretatiuis, vel venus spe lucri principaliter factis, à fœnore non excusat periculum, vel dubium mutuum recuperandi, ut antea contra Metinam conclusimus.

Idem dicendum esse videtur, & de illo contractu, ubi Petrus convenit cum Ioanne, quatenus Ioannes tribuat illi 100. ea lege, quod ad 10. annos Ioanni restituatur cētum, & quinquaginta, & si infra id temporis, aliquis eorū e vita migrabit, extinctus maneat cōtractus, taliter quod Petrus liber manet à restitutione, & si supervixerint, Ioannes aliquid accipiat supra sortem, pro centum impletis Petro. Nam usurarius est cōtractus secundum Alexandrum Lombardum, & Sylvestrum declinantem magis in oppositum, & patet, eadem ratione, quia periculum non excusat, quando causa temporis aliquid plus ultra sortem accipitur.

Sed forte Sotus non tam absolute istos contractus reprobarer, quin ratione periculi extimabilis pretio, aliquid super accipi posse concederet, nā in de iustit. & iure lib. 6. quæst. 6. art. 2. ait quod (ut sapissime Romæ fieri solent) habens officium, indigens nūmis, cōvenit cum mercatore, ut sibi centum aureos tribuat, pro quibus officialis ille in suo officio deest, aut 12. annos consignat, ea tamen lege, ut si intra semestre tempus, mercator ille, qui sibi centum numeravit, ex hac luce migrarit, capitalis iacturam faciat, neq; officialis ille teneatur hæredibus mercatoris restituere. Sin autem post 6. menses, mercator ille fuerit vita superstes, protestatur officiali nolle amplius cum illo in societate manere, ideoq; eū admonet, ut nisi exemplo soluerit illa centum, inde ratione morę soluturum illum officialem statuas vsuras, & ait Sotus iustitiā huius contractus non esse adeo liquidā, quia non potest

f Sylvest.
verbo, vsu
ra. 2. q. 36.
contra Ta
bienā. ver.
vsur. q. 15.
§. 10.

reduci ad contractum census, cum hic re vera repetere possit suum capitale, quod in censu fieri nequit, neque ad contractum societatis, prout mercator vult, potest reduci, quia hic mercator non subit capitalis periculum, quod in societate requiritur: sed tantum se exponit mercator illi periculo, quod perdat capitale suum, si ante 6 menses mortē obierit, sed tandem Sortus ad casum ait quod quantum ad illud semestris tempus licitus apparet contractus. Nā periculum illud, quod si intra semestris tempus mercator moriatur, illa centum tributa officiali amittat, quia estimabile est pecunia: sicut in ludo, atque iudē in aliis fortuitis fieri consuevit, iuste videtur pro illo periculo 100 aureorum recipi 61. Atque quod post lapsum sex mensium, ratione morę recipiat mercator ille singulis annis 12. fructus de videtur sapere, tū quod ab initio mora illa premissa est, atque adeo videtur in fraudē mutui concessa, tum preceptum, quia ratione morę, non potest supra capitale recipi nisi danū emergēs, luerū vero cessans minime, nisi huiusmodi pecunia negotiationi esset exposita, quapropter, si ita res erat contractus forsan est licitus, alias minime.

¶ Quin vero inquit Sortus, huiusmodi contractus non approbare auderem nisi in forma empti census, aut planę societatis, vbi videlicet, pecunia periculo negotiationis exponeretur. Hęc Sortus, quare nec ipse prædictos contractus videlicet de pecunia tradita cōmunitati pro puella, si super vixerit 25. annos, cum duplicatione sortis sibi restituenda maritanda, nec alium sequentem approbare, neque approbare videtur hic cum formam empti census, aut planę societatis, vbi periculo negotiationis exponatur, non contineat.

¶ Cæterum de ea quæstione vtrum qui seit pecuniam bannendam, vel in prelio minuendam, possit illā mutuari (verbi gratia) Ioanni, non oportet prolixè replicare, sed iam supra nos dixisse meminimus, quod potest quidem tunc illam mutuari: si Ioannes, cui mutuat ante bannitionem, vel eius diminutionem erat eam expensurus, nō faciat causa lueri, sed vitandi damni, ita Alexander Lōbardus in quol. & Syluester s̄ summa Angelica. Part. 1. q. 15. §. 16. ter, quia solum intendit in hoc casu, sine iactura mutuatarij se indemnem seruare.

¶ At vero an hac eadem ratione, vt quis indemnem se
eruet, possit centū aureos, quos mutuo sub vsuris ab ali-
quo accepit. s. vt pro illis centum, soluat pro lucro 10. eos
trius alteri petenti mutuum pro lucro aliorum 10. ra.
tione mutui soluendorum mutuare, aliquis merito ambi-
gere poterit, nam Maior id facti damnat, cui subscribit
Nauar. * eandem sententiam videtur refutare F. Iosephus
in suis floribus, sic absolute acceptam, igitur quo veritas
succescat dicimus primò quòd absolute nō licet mutua-
re pecuniam sub vsuris acceptam cum conditione, vt iste
secundus mutuarius vsurario, à quo primo mutuarius
sub vsuris mutuata est soluat vsuras, quia perinde facit
absolute, ac fecit vsurarius secum, quod fuit factum
damnabile, & in hoc sensu vera est sententia Maioris &
ei subscribentis Nauarri.

¶ Secundo dicimus, quod qui mutuat pecuniam sub
vsuris acceptam, nondum à se consumptā, quia non ha-
bet aliā ad mutuandū, ad petitionē petētis mutuū, illam
mutuando hac conditione, vt iste eā mutuo petens vsu-
rario soluat vsuras nō peccat, ita F. Iosephus, hocq; etiam
inuenire videtur Nauar. licet non tam clarè. Et patet, quia
hic solū se indemne seruare intendit, dū ad petitionē al-
terius, in talē petentē, & sic acceptantē, mutuū à se acce-
ptam sub vsuris pecuniam, cum eodem onere soluendi
vsurario vsuras, transfert, sed tutius est non facere nisi sit
aliud damnum inde emergens.

¶ Tertio dicimus, quod si hic, qui centum sub scēnore
recipit, iam ista cētum consumpsit, vel casu, quo non cō-
sumpsit, aliam quoque pecuniā, quā possit huc in com-
modo suo, mutuare habet, tunc nō potest cum petente à
se mutuum talem contractum inire, quia iā in hoc casu
non censeretur causa vitāli damni, in petentem mutuū,
contractum mu. si sub vsuris cum vsuratio prius factum
transfere, sed sub scēnore velle mutuare, ita Iosephus.

¶ Quarto dicimus cum Nauarro quòd si quis, qui cen-
tum mutuo ab vsuratio pro lucro decem sibi prestan-
do, accepit, alteri precanti illa centum mutuat, pro lucro
aliorum decem, ratione interesse damni quia mutuū illa
centum sub vsuris acceperat, ad reficiendam sibi alias ca-
saram domum, & quia illam reficere omittit, vt mutuet,
H 5 inde

Q. 4.
i Maior. in
4. dist. 19.
q. 9. art. 7.
k Nauar.
sum. Lat.
c. 17. num.
231.

inde emergit damnum, non male facit, quia hic solus seruat se indemnem.

¶ Contingit quoque, & hic dubitari vtrum magister aut prefecti nauium, qui ad expeditionem nauis, & nauigationis, quam aliter non possunt facere, mutuo pecuniam sub vsuris, vel sub lucro cessante soluendo recipiunt, possint eas quoque insumere in expensas, quas facturi sunt nautae nauis, pro rata in eos, partem quotae vsurariae transferendo, & in stipendium ipsis postea soluendum computando. Dico primo, quod si aliam pecuniam tales magistri nauis habent, vel habere possunt, unde nautis conducturis nauem subuenire possint, vel aliunde quam ex mutuo sub vsuris accepto iniquum est sic subuenire eis anticipatè soluendo eis aliquid sui stipendij.

¶ Secundo dico, si per modum contractus societatis omnes nautae conueniant cum magistro nauis, ut videtur ferri, tunc si aliter non possint expedire nauigationem, nisi ex tali mutuo accepto sub vsuris, sibi subueniendo ad finem, non eis iniuriam facit magister nauis, si nautis scilicet, & volentibus ad impensas viatici, sic sub vsuris mutuū accipit pro rata computando in partibus lucris postea obtinentibus nautis. Nam si contractus est societatis, ut magister nauis ponit nauem, & nautae ponunt operas, ad negotium commune sic hic gestum pro rata quisque tenetur subire onus postquam participat & commodum.

Q. 6. ¶ Accedit hic quoque & alia quaestio an creditor, vel mutuator teneatur computare in sortem sibi debiti, si in eius solutione, fructus à se collectos ex agro pro debito impignorato, quos debitor non colligebat, nec colligere cogitabat. Et videtur quod non, quia eos tunc creditor retinendo, nullam videtur ei facere iniuriam, quia nihil minus habet debitor, quam deberet habere, cum de illos fructus ex suo agro non deberet habere. Igitur satisfactori quaestioni, dicimus primo, quod uti fructus pignoris non licet talem fructum non computando in sortem inquam computanda est omnis commoditas quam et eo percipit, deductis expensis legitimis. Tandem quando pignoratarius tantum impendit in pignore, quantum utilitatis ex eo percipit, vsuram non committit, etiam si eam utilitatem non computet in solutionem sortis à se mutuatam.

ne consequenter, qui equum parua utilitatis accepit cu
osere alendi eum, neque qui domum egentem tanta, vel
maiori impensa refectionis, quam pensio eius valeat, na
& pro labore, quem subit pignoratarius in seruando,
vel excutendo, vel curado pignus ne deterioraretur, vel
a tuncis corroderetur potest aliquid iusti stipendij expe
re. Na neque tenetur gratis istu labore subire. Sed neq;
percat pignoratarius si sine detrimento pignoris, eius vsu
aliquando ponatur, si talis vsus solitus sit concedi gratis,
vel ubi impignoratus est liber, & aliquando sine eius
deterioratione in eo legit.

Secundo dicimus licet vt meminimus antea dixisse
ex mente Soti¹ pignoratarius non tenetur in partem so
lutionis accipere fructus collectos ex pignore quos de
bitor non colligebat, neque colligere cogitabat, quia
ager in pignus datus non virescebat, quia sterilis repu
tatur, tamen hoc dictum Soti tanquam minus tutum
refutat Navar.^m quod sufficenter videtur probare dupli
citer. Primo, quia illi fructus sunt percepti ex re pro
pria, & fructifera debitoris: ergo sunt debitoris, quia
eius sunt fructus, cuius est possessio & dominu eius di
rectum, & vtile, ergo nullo iusto titulo illi fructus pos
sunt a creditore retineri. Secundo, quia alioquin dicen
dum esset, creditorem, qui sua solerti industria ter tantos
fructus colligeret, quam debitor colligebat, cum ad resti
tuendum quod amplius collegisset non teneri, quod pa
lum sequitur ex assertione ista Soti, quod tamen videtur
omnino non esse verum. Subinde ista sententia Navar.
est verisimilior stado in rigore, & tutior, licet credo Co
barruias acceptaret contrariam sententiam Soti cum
hac limitatione, si bona fide collegit illos fructus credes
de illis tanqua de possessione debitoris inutili perceptis,
debitorẽ nihil curaturu, ideo agru pignoratitu creditor
tentabit excolere si iam illi fructus non extant, sed iam
sunt consumpti a creditore, no tenetur illos debitor re
stituere, na & ipsemet Cobarruu. defendit & id, quod ma
ius est continens dubiu, scilicet quod male fidei posses
sor, si fecit fructus in re aliena comuni cura hominu per
ceptibiles etiã si dominus eiuẽ rei no esset in effectu il
los percepturus, reddendi sunt ei, si extant, secus si ia sint
consumpti.

1 Soti de
iustitia &
iure lib. 6.
q. 1. art. 2.
m Navar.
Sum. Lat.
c. 17. num.
216.

consumpti. Hæc Couar. & facit pro eo, & Soto ratio ante
allata, scilicet quod tunc nihil est domino recompensan-
dum de fructibus cum nihil minus habeat, quia eon-
supponimus non erat habiturus, sed hoc tantum tenet
equitate, & cum his duabus limitationibus, scilicet quan-
do iam non extant fructus, quia sunt consumpti, & si
fructus fuere exigui parum excedentes labores & sum-
ptus.

¶ De illa tam celebri questione, utrum usurarius acquirat do-
minium rei per usuram acquisitæ, ubi inter latam exallam
disputationem stabilitur argumentis fortibus sententia magis
tina, & solvantur argumenta Nauar. & aliorum allata in
parte affirmatiua.

CAP. LXXIX.

Q. 1. Pervenimus iam tandem ad illam potissimam quæ-
sionem, quæ viam sternit ad notitiam alterius sibi ante-
xæ quæstionis an usurarius teneatur restituere fructus
possessionis per usuram partæ, & an illos faciat suos. In-
tur celebris hæc quæstio est, quæ valde controuertitur in
scholis, utrum usurarius acquirat dominium rei per usuram
acquisitæ. Circa hanc quæstionem duæ aut tres opi-
niones versantur in scholis, prima est glos. illius tenet
Ambrosij, si quis usuram. 14. q. 4. quæ asseruit per dan-
dam usurariam transferri dominium in usurarium, cui sub-

a Palud. in scribunt Palud. a atque Adria. b qui ait esse opinionem
4. dist. 15. communem Canonistaram, & citat in eandem sententiam
b Adrian. Enricum Gandensem in quolib. 4. q. 27. Imo in eandem
in quæst. de sententiam citat D. Thom. in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 4. de
usura. tamen secundum Syluestr. c tantum dicit D. Thom. quod

c Syluestr. secundum opinionem aliorum transfertur dominium in
ver. usura. ibi patet. Sotus quoque d ait quod D. Thom. ibi tenet
6. §. 1.

d Sotus de citat Scorum. e At verò E. Iosephus in suis floribus in
inst. & in- teria de usura, ubi de hoc pertractat ait priusquam ad quæ-
re. lib. 6. q. 3. stionem respondeat velle se Scorum ab hac calumnia

1. art. 4. impolitari tutari, quia potius inquit Scorus tenet usura-
e Scor. in- rium pecuniæ sanebris non sibi comparare dominium
4. dist. 15. quia solum ut impertinens oppositum admittit, quoniam
q. 2. art. 3. solum istam consequentiam, esto antecedens esset veritas
secundum